

## 110.

## Heimo und dessen Tochter Svanailt übertragen ihren Besitz zu Merzhausen, Mengen, Haslach und Wendlingen an Sanct Gallen.

Wittnau. 786. December 26.

In Dei nomine. Ego Heimone et filia ejus Svanailta<sup>a)</sup> aequè tradamus et transfundimus ad monasterium sancti Galloni, qui est constructus in pago Harbonensi, ubi ejus sacrus corpus requiescit. Et hoc est, quod donamus in villa, qui dicitur Meresusir,<sup>4</sup> omnia quidquid ibidem visi sumus habere, excepta tradicio, quod ante tradedit ad suum ecclesiam, qui est constructa in Meresusum, et excepta una prada, et in villa, qui dicitur Maghingas,<sup>2</sup> Odalwinus cum oba sua, et in villa, qui dicitur Haslaha,<sup>3</sup> quod ibidem habemus, et in villa Wentilinga<sup>4</sup> silva, quod pater meus reliquit mihi, et omnia quod supra diximus traditio, que in hac die presenti,<sup>b)</sup> hoc est terris, viniis, campis, pratis, pascuis, viis, aquis aquarumque decursibus et mancipias Wichario et Hetilino et Williilta et Swasa, hec omnia ex integro ad ipsum suberius nominatum monasterium trado adque transfundo; in eam rationem, ut tempus vite mee ipsas res per beneficium ipsorum monachorum<sup>c)</sup> post me habitum filia mea Svanailta ipsum censum solvat, id est XV siglas de vino aut si vinum non fuerit XV maldras de annona aut in alium precium. Et post nostram discessionem ipsas res cum omni integritate sine ulla marricione ad ipsum monasterium revertantur, et quidquid rectoris ipsius monasterii de ipsas res facere voluerint in omnibus firmissimam habeant potestatem. Hoc est quod dono in pago, qui dicitur Prisagaudigensi. Et si quis vero, quod futurum esse non credo, contra hanc cartulam venire aut eam infringere voluerit, tantum duplum ista cartula continet ad ipsum monasterium restituit et qui repedit nihil evindicet, sed presens cartula ista omni tempore firma et stabilis permaneat cum stibulatione su(b)nexa. Actum in Witunauia<sup>5</sup> publice, in qua cartula ista scripta est. Hii sunt testes, qui presenti fuerint et firmaverunt. Signum † Aimo et filia ejus, qui hunc cartulam fieri rogaverunt. sig. † Saraleoz testis. sig. † Eghiart test. sig. † Iltwinus test. sig. † Benedict test. sig. † Erlawinus test. sig. † Otmar test. sig. † Moattini test. sig. † Sandolf test. sig. † Bertwini test. Ego Lanbertus presbiter rogatus scripsi et subscripsi. Notavi die VII. kal. jan. et regnante domno nostro Carlo rege Frangorum anno XVIII, sub Odalrico commiti.

a) Wohl für „aeque“. Bei b) und c) müssen grössere Satztheile ausgefallen sein.

Urk. St. Gallen I. 94. — Abdruck: Cod. Trad. 63 n. 108. Neugart I. 88.

<sup>1</sup> Merzhausen, <sup>2</sup> Mengen (Meingen in Mone X. 108), <sup>3</sup> Haslach, sämmtlich Landamt Freiburg, Grossh. Baden. <sup>4</sup> Wendlingen, Stadtamt Freiburg, Grossh. Baden. <sup>5</sup> Wittnau, Landamt Freiburg, Grossh. Baden.

Einzig von Lanbertus aufgesetzte Urkunde und in Anbetracht der zweifellosen, durch Uebersprungung entstandenen Lücken und der vielen Schreibfehler trotz der alten Schrift als Copie zu betrachten.

Das Datum vom 9. October 768 an gerechnet.